

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Reconciliatio a
cum fonte primo

Si absens est, uade
non pedibus corporis, sed animo
humili te prosternas

in conspectu eius cui oblaturus
es.

Si praesens est,

reuocandus est ad amorem ab eo ueniam
petendo, si eum lesisti, uel si te leserat,
dimittendo cordis rancorem.

Augustinus super illud Matthei V.: Vade
prius reconciliari fratri.

Pergendum est ergo ad reconciliationem,
cum in mentem uenerit quod nos forte
fratrem in aliquo laesimus, pergendum
autem

non pedibus corporis sed motibus animi,
ut te humili affectu prosternas
fratri, ad quem cara cogitatione
cucurreris

in conspectu eius cui munus oblaturus
es.

Ita enim, etiam

si praesens sit,

poteris eum non simulato animo lenire
atque in gratiam

reuocare ueniam

postulando, si hoc prius coram deo
feceris, pergens ad eum non pigro motu
corporis sed celerrimo dilectionis
affectu.

Augustinus Hipponensis, *De sermone
Domini in monte*, 1, 10, 27 (CCSL 35,
A. Mutzenbecher ed., p.29, ll.621-630).